

DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

SS. CORNELII AC CYPRIANI PONT. ET MARTYRUM.

DUPLEX.

Oratio.

**I**NFIRMITATEM nostram, quæsumus Dómine, propítius  
 réspice : et mala ómnia, quæ juste merémur ꝫ sanctó-  
 rum Mártyrum tuórum atque Pontíficum Cornélii et  
 Cypriáni intercessióne avérte : Per.

DIE XIX. SEPTEMBRIS.

SS. JANUARIi EPISC. ET SOCIORUM MARTYRUM.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Ja-  
 nuárii et Sociórum ejus solemnitate lætíficas : con-  
 cède propítius ut quorum gaudémus méritis ꝫ accendámur  
 extrémis : Per.

DIE XX. SEPTEMBRIS.

B. FRANCISCI DE POSSADAS CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui beátum Francíscum Confessórem tuum, su-  
 pérnæ caritátis dulcédine perfúsum, verbi tui præcón-  
 nem exímium effecísti : ejus intercessióne concède ut igne  
 tui amóris incénsi ꝫ in tua dilectióne semper vivámus : Per.

DIE XXI. SEPTEMBRIS.

S. MATTHÆI APOSTOLI ET  
EVANGELISTÆ.

TOTUM DUPLEX.

Omnia de Communi unius Evangelistæ præter sequen-  
 tes Orationes :

IN I. VESPERIS.

Oratio.

**D**A, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Matthæi  
 Apóstoli tui et Evangelistæ, quam prævenimus, ve-  
 neránda solémnitas ꝫ et devotióne nobis áugeat et salú-  
 tem : Per.